TENTAMEN MEDICUM INAUGURALE, DE Ista Herniae Uterinae Specie quae Retro-versio Uteri vulgo dicitur.

QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;
NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;
PRO GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini subjicit

THOMAS GILL,
ANGLUS.
Soc. Reg. Med. Edin. Sod.
Soc. Chem. Edin. Soc. Extraord.
Nec non
Soc. Physico-Chirurgicae Edin. Soc. Hon.

———Hanc etiam, Maecenas, aspice partem.———
VIRG. GEORG. Lib. iv.

Ad diem 25. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M, DCC, LXXXVII.

Patri ſuo cariſſimo,

Et ſemper colendo,

THOMÆ GILL,

Chirurgo,

Apud Preſcot,

In Agro Lancaſtrienſi,

Degenti,

Primum hocce de re medica tentamen,

Ut

Animum gratum

Debitamque obſervantiam,

Teſtaretur,

Sacrum eſſe vult

AUCTOR.

Dr Duncan
with respectf Compts
from his obliged
and mt obt hble Servt
T Gill

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE,

DE

Iſta Herniae Uterinae Specie quae Retro-verſio Uteri vulgo dicitur.

CUM lauream Apollinarem rogaturus, hujus academiae legibus morem gerere, et induſtriae laboriſque mei aliquod ſpecimen in medium proferre cogerer: Illud argumentum, auctore amantiſſimo parente, ſuadenteque humanitate, ante alia elegi; quod, ſi minus orationis ſplendori faveat; attamen infinitis ſuis utilitatibus commendatur.

Enimvero, cavere, ne generoſa proles parentum votis tandem conceſſa, fruſtraque diu expectata, quinimo, forſan olim magnus aut ſal-

tem utilis reipublicae civis futurus, in ipso vitae limine et antea enecetur, quam lucem viderit, quid utilius? Carissimam uxorem conjugi dilectissimo; virginibus vix adultis, matrem diligentissimam omniumque virtutum monitorem et exemplar, servare, quid praestantius, quid humano pectori dulcius? Nunc aliquis prodeat sive conjux aut paterfamilias, aut civis, qui hujus argumenti tenuitatem irridere audeat! At tenuis labor, dicet aliquis; at non tenuis laus, si tot doctorum incassos, hac in re, labores spectemus, tantamque rei utilitatem. Quod, nec temeritate elatus, nec arroganter dixisse vellem.

Etsi enim, pro virili mea parte elaboravi, ut aliquid commodi, hac in re, conferrem, majorem operis partem usu peritissimo patri debeo. Quidquid sit, ut hoc juvenilis industriae meae conamen benigne accipiant, eruditissimi Praeceptores, iterum iterumque Precor!

HISTORIA MORBI.

Initio morbi dolor levis uterum afficit, et aliquatenus lumbos infestat; accedit ponderis sensus

ſus huic ſimilis qui Anglice nuncupatur *bearing down*, non ab eo diſſimilis quem enixurae foeminae experiuntur, cum ſive legitima parturitio vel abortus inſtat. Mox urina haud ſine quadam difficultate effunditur, donec aegrius indies expulſa tandem omnino ſiſtitur. Iſchuriam excipit aut comitatur alvus pertinaciter adſtricta cum teneſmo ſatis moleſto. Si quando, nullis auxiliis adhibitis, malo totum ſuum curſum peragere, et omnia, quae ſolet, inferre, permittatur, ſigna jam maxime infauſta et acerrime urgentia ingraveſcunt. Quodcunque enim juxta pubem moleſtiae fuit valde exaſperatur: Urinae expulſionem nixibus haud parvis moliens, crebro ſe veſica contrahit, dum nil exinde proficitur; ſed obſtructio vehementior evadit. Deinceps obnixius adhuc et viribus magis intentis urinam effundere conatur aegra; at quod obſtitit, non ſummovetur, nec aliquid efficitur, niſi quod cruciatus acerbiores fiunt. Veſica cito, praeter modum repleta, ampliatur quam maxime; imo, non defuerunt exempla veſicae adeo immaniter diſtenſae, ut etiam rupta et lacerata fuerit; nec alia, in quibus inflammatio atrox accenditur; qua urgente, ſolicitata indeſinenter aegra, micturit.

Nunc

Nunc tandem *diaphragma* et abdominis mufculi ad actionem cientur, et veficae contractioni infolitae et convellenti faventes, commoventur. Huc ufque provectis rebus, febris inftat; et debilitas et acceffiones, quales in hectica, adfunt. Gravia quidem ifta, quae mox fequentur animus triftis et defpondens, languidum defatigatione corpus, naufea, vomitus, fitis intenfa, lingua fufca et fcabra, vultus livore pallens, arteriae infigni celeritate micantes, at intermittentes, animi deliquia crebra, cordis palpitatio, refpiratio molefta et aegre iterata, vertigo, coma, delirium, et nervorum convulfiones. Marcefcunt tandem omnia, et quafi in fefe collabuntur; deficiunt vires, extremaque frigefcunt; nunc a recto inteftino, invita aegra, faeces peffime olentes et tenues identidem elabuntur, vefica, vi omni deftituta, non amplius contrahitur; quatit ilia fingultus; arteriae vix, ita ut tactum offendant, vibrantes attolluntur; gelidi fudores et vifcidi emanant; cadaver redolet omne corpus; et poftremo, qui in pelve furebat dolor, fopitur. Haec, quidem gangraenae illico infecuturae certa funt et triftia praenuncia, morte cito excipienda.

Sequen-

Sequentia in inciſo cadavere mulieris, quae in quinto graviditatis menſe hoc morbo occubuerat, obſervavit illuſt. Gul. Hunter.

Veſica praeter modum diſtenſa, urinaque ſanguineâ repleta ; cujus fundus uſque ad locum, umbilicum inter et ſcrobiculum cordis, medius, attollebatur, dum pars infima in marginem ſuperiorem pelvis imminebat. Uteri fundus deorſum et retrorſum verſus os coccygis depreſſus, dum ipſius os internum ſimili ratione ſurſum verſus os pubis erigebatur. Rectum compreſſum et quaſi complanatum reperiebatur ; et tam fixus in pelvi uterus impactuſque fuit, ut non niſi pubis cartilagine reſciſſa, oſſibus aliquantulum divulſis, hinc expediri et dimoveri poſſet *.

In altero ſimili caſu, cujus mentionem fecit celeb. Joann. Lynn, quique in lethum exierat, urinae pluſquam novem librae in abdomine repertae ſunt ; vacua interim et flaccida veſica, ſcilicet, quia prope fundum ejus laceratae talis ſciſſura, qualis digiti apicem acciperet, ſe in conſpectum edidit ; circum hanc, ſpatii tantum in

gangraenam

* Lond. Med. Obſ. and Inq. Vol. iv. p. 404 ; Hunter on the Gravid Uterus, Pl. xxvi.

gangraenam lapſum erat, quantum ſolidi nummi aream exaequaret *. ‘ Inveni,’ ait alter non obſcuri nominis auctor, ‘ abdomen aequaliter ad ‘ latera extenſum, pulſatione digitorum ſolita ‘ fluctuationem liquoris contenti prodens : Unde ‘ ſtatum quendam hydropicum ſuſpicabar.

‘ In vagina explorans, ſimilem tumorem ute-‘ ri, amplam pelvim implentem, tactu percepi ; ‘ in cavo vero, quod ſupra pubem tangebatur, o-‘ rificium tam arcte retractum, ut digitis nequi-‘ dem illud attingere licuerit.

‘ Diſſecto abdomine, magna liquoris copia, co-‘ lorem et odorem urinae referens, effluxit ; ‘ Inteſtina rubra, inflammata, nonnulliſque locis ‘ penitus corrupta, videbantur.

‘ Examinando vero partes pelvi contentas, in-‘ veni fundum uteri in poſteriore pelvis parte ‘ retroflexum, tumorem in vagina repertum for-‘ maſſe ; orificium autem alte ſupra pubem, ‘ una cum vaginae pariete anteriori, attractum, ‘ veſicamque urinariam flaccidam juſto ampli-‘ orem, et in poſtica ſuperficie diſruptam, urinae-‘ que copiam inſignem implere, intus abdomen ‘ reperi.

‘ Fruſtra

* Lond. Med. Obſ. and Inq. Vol. iv. Art. xxxvi.

'Frustra quoque in cadavere tentavi, digitis 'in vaginam immissis, tumorem elevare, et re-'trudere e cavo pelvis, obstante quam maxime 'angustia superioris aperturae pelvis, inter pro-'tuberantiam ossis sacri et pubem contenta; 'immissa vero tota manu, maxima cum violen-'tia tumor, compressione pelvis oblongior fac-'tus, tandem retrudebatur.

'Postea, dissecto quoque elevato utero, li-'quor amnii effluxit, infans tener, capite prono 'versus fundum demersus, cum placenta obo-'vali, in superficie posteriore uteri partim fun-'do, partim corpori ejusdem irradicata, oculis 'cernebatur *.'

Quanquam plerumque a decima, postquam gravidae factae fuerunt, hebdomade, ad ulteriores quinti mensis dies hoc morbo corripi solent mulieres; tamen quando tumoribus *sarcomatosis*, *polypo*, vel *schirro*, concretionibus ibi lapideis, *hydatibus*, &c. insolito more dilatatur *uterus*, idem forte contingat necesse est, praecipue siquando post partum vel abortum, placentae aut totum aut pars intus moretur, nec tempestive removea-

tur;

* Collectan. Havn. Vol. ii. 1775; Saxtorph de Ischuria ex utero retroflexo.

tur; idem accidit si quandoque sanguis coactus illic resideat, atque eo magis, quo coacti ejusdem massa solidior et magis indurata fiat.

DEFINITIO MORBI.

"FUNDUS UTERI IN CAVUM OSSIS SACRI DEORSUM ET RETRORSUM DESCENDENS; ET OS TINCÆ ANTRORSUM ET SURSUM ELEVATUM. *"

Priusquam vero causas accuratius disquirere aggrediamur; forsitan quasdam, de hac re, palam prolatas opiniones quodammodo perstringere non absonum erit.

Quidam

* Quae species ad 142 genus *hernia*, in ordine *ectopiae* illust. Culleni nosologiae, referenda mihi videtur.

Quidam auctores uteri ligamenta praeter modum laxata, huic morbo praecipuam opportunitatem praebere censerunt.

Revera, si cum antiquioribus uterum tam firme in loco suo, ut non nisi illata vi magna exinde dimoveri possit, fixum esse assentiremus, doctrina supra relata a sana ratione non multum abhorreret; at si ista ligamenta nil aliud esse quam peritonaei duplicationes, eaque insuper ex natura non multum, quod laxitatem, variari posse, in animum revocemus, ista non alio fungi munere arbitrabimur, nisi ut ovaria, Fallopianos tubos, et vasa per organa genitalia sanguinem vehentia suffulciant, et ipsum uterum in suo situ non retineant. Hinc liquet, quantum deficit relata causa ad hunc morbum producendum.

Urinam suppressam unicam esse causam retroversionis uteri asseveravit Cl. Denman; adeoque scriptoris hujus solertis apud homines invaluit auctoritas, quod eam, quantum hactenus mihi novisse contigit, fere omnes amplexi sunt: Cum igitur a tot et tantis recepta fuit haec opinio, eam paulo exquisitius perpendere haud alienum duco.

Imprimis enim contendit, 'That the ſuppreſ-
'ſion of urine is, in general, abſolute only before the retroverſion of the *uterus*, or during the time it is retroverting.' Alibi adjecto quod, 'the poſition of the *os uteri* is ſuch in the act of retroverting, and the tumour formed by the *fundus* is ſometimes ſo large, when actually retroverted, as to become, in their turn, cauſes of the continuance of the ſuppreſſion of urine *.'

In iſtis vero ſententiis nonne aliqua repugnantia proditur? Etenim, ſi re compertum eſſet, urinam, utero etiam omnino retrorſum verſo, nonnunquam profluere, tamen aliquid hujuſmodi non niſi rariſſime contingere puto. Hic autem adjiciatur, quod ſi quando, *cathetere* inſerto, iterum iterumque depleta fuerit veſica, ſique ex hac re argumenta deducantur, iſta ſponte quaſi corruent: Non enim, niſi quando *catheterem* uſurpare praetermiſſum, vel quando malo, auxilio nullo admoto, ulterius provehi, et altius inſidere

* Vide Denman's introduction to the Practice of Midwifery, Part i. p. 105.—108.

dere permiſſum fuit, nec accurate, nec cum idonea cognitione dijudicare poſſumus *.

2do, Praeterea Cl. auctor ſtatuit, ‘ That all ‘ the painful ſymptoms are chiefly in conſe- ‘ quence of the ſuppreſſion of urine †.’

Sic quidem ſe res habere fatendum eſt; nil vero exinde ut ratum ſanciri aut probatum deduci poteſt, nec quod ullo modo menti ſatisfacere poſſit. Si enim ex ſimilitudine ratiocinari liceret, multa hujuſmodi inferenda forent. Noſtro autem propoſito ſatis erit impraeſentiis adnotare omnia, quae in *inguinis hernia* dolorem vel periculum infligunt, recta ex protruſa inteſtini aut omenti parte conſtricta provenire, nec aliam cauſam agnoſcere, ſed ipſi *herniae* originem praebere talem colligationem adſeverare abſonum omnino foret.

3tio, Adnotavit praeterea, quod, ‘ If we conſider the manner in which the parts are con- ‘ nected, and examine the effect produced by the ‘ inflation

* Sane quidem concluſiones, quae ex his exemplis inferuntur, in quibus *catheter* ſaepiſſime uſurpatus fuerit, nil valere liquet, ſiquidem, ex curandi ratione, ovique evolutione ſequitur, uterum ex ſuis propriis viribus gradatim aſcendere, locumque ſuum obtinere.

† Introduct. to Midwifery antea citat. p. 105.

'inflation of the bladder in the dead ſubject, ſo 'as to reſemble the diſtenſion brought on by a 'ſuppreſſion of urine in the living, we ſhall be 'convinced that the *uterus* muſt be elevated be-'fore it can be retroverted. Now, as there ap-'pears no cauſe capable of elevating, and at the 'ſame time projecting the *fundus* of the *uterus* 'backwards, beſides the diſtention of the blad-'der; and, as ſuch elevation and projection ne-'ceſſarily follow the diſtention, it is more rea-'ſonable to conclude, that the ſuppreſſion of 'urine precedes the retroverſion, and gives to 'the *uterus* its firſt inclination to retrovert *.

Veſicam quidem urina immaniter diſtenſam, et ut ſe valde contrahat, ſtimulari, quis inficias ibit? Quis inſuper, veſicam, adjuvantibus *diaphragmate*, muſculiſque abdominis ad actionem abnornem excitatis, ad uterum prorſus devehendum conferre multum negabit? Attamen nemo eſt qui non ſentiat clar. hunc medicum praejudicatae ſuae opinioni nimium indulgere. Non enim ex nexu, quo intercedente, vicinis partibus uterus adjungitur, ſequitur, veſicam praeter ſolitum diſtenſam vel primo iſtud orga-num

* Introduct. to Midwifery, antea citat. p. 106.

num sursum tollere, vel retro ferre; imo non ignoramus pravam hanc uteri mutationem aliquando, praesertim si paulo capacior sit pelvis, nulla hujusmodi causa intercedente, haud parum obtinere. Nec facile ei, quae inde inferre, tantum laboravit, condonanda. Quaecunque enim experimenta in uterum non gravidum instituit, quid monstrant? An eadem, praegnante ideoque ampliato utero, ex vesica nimis distensa prorsus necessario insecutura probant?

4to, Absurdum fore asseverat, si contenderetur, 'That the suppression of urine is the cause 'of the retroversion of the *uterus*; for, were it 'not just, it would be contradicted by daily experience. But the matter no longer rests upon the foundation of opinion, or conjecture. 'For, from the first case in which I thought I 'had reason to suspect it, I have so constantly 'observed it, either by the reserve of women of 'superior rank in life, or by the restraint of 'those in inferior situations, neglecting, or being 'prevented from attending to the calls of nature, that there does not remain a doubt concerning it *.'

Tam

* Introduction to Midwifery, antea citat. p. 107.

Tam clari nominis auctori, quique magnam auctoritatem merito affecutus eſt, haud paulum confiderem: De hac autem re, ni multum fallor, aliquid non ſatis compertum nec obviam afferuit. Si enim ille, ſuis opinionibus non praeoccupatus, nec eo totis viribus tendens, animum advertiſſet ad ea, quae fortuita, vel ſingulatim vel inter ſe conjuncta, una cum *praediſponentibus* conſociantur ad inducenda quaecunque, antequam profluere ceſſat lotium, mihi perſuaſum eſt, ab eo longe alia inducta fuiſſe; cujus in fidem, hoc ipſum exemplum referre vellem, quod ille clar. auctor leviter tantum perſtrinxiſſe videtur: Praeterea, non deſunt exempla, aliis ſcriptoribus relata, quae ipſius principiis nullo modo explicari poſſunt*. Quod vero ad iſtam verecundiam tam ſaepe laudatam pertinet, iſtaque obſtacula, quae exinde prohibeant, ne mulieribus, quas poſtulat natura, exinanitiones debito more peragantur, eas nunquam niſi vel negotiis vel oblectamentis, vel quavis alia mentis aut corporis exercitatione occupatas, ulli incommodo

* Vide Lond. Med. Obſer. and Inquir. Vol. iv. and v. exempla variis ſcriptoribus relata; Acta Havn, Vol. 2. 1779. p. 254.

commodo hujusmodi obnoxias esse notetur. Praeterea si, quod cl. posuit Denman, omnino et semper cum vero staret, recta inferendum esset, quod aegris talibus, postquam (sicut plerumque arte efficitur) uterus in suum locum redactus fuerat, et idoneo modo urina et faeces solicitatae et eductae, negotia obire solita permittere liceret, nec recidivi morbi periculum adesset. Sed longe aliter se res habet; nisi omnino lecto detineantur, vel saltem recumbant, usquedum supra pelvis marginem assurgat uterus, morbum non omnino debellari, nec laborantes posse ab eo prorsus immunes esse, crediderunt omnes. Hunc vero nodum rescindere, magna saltem ex parte, quando ad medendi rationem pervenero, penes me fore spero.

Quum nunc talia argumenta istis opinionibus objeci, qualia, me judice, eas non cum verisimilitudine stare satis monstrent, ad rem ulterius indagandam progredi liceat; a causis incipiens. Eas dividere placet,

1*mo*, In illas, quae huic morbo opportunas reddant mulieres;

2*do*, In illas, quae fortuito contingunt.

Priores

Priores quidem a prave formato pelvi, utero ampliato, vagina laxiori, ſimul ſumptis, ortum ducere ſolent.

Quantum pelvis haud rite formatus ad opportunitatem inducendam conferre poſſit, ille non dubitabit qui ſecum reputaverit, quantis et quam multis deformitatibus obnoxius eſt.

In multis enim exemplis adeo coarctata et anguſtata ipſius capacitas fuit, ut gravidus uterus in pelvi retentus impediretur, et, exacto geſtationis tempore, foetus ipſe nulla quavis ratione in lucem prodire poſſet; quin imo illum extrahere ſive *fruſtatim*, ſive *Sigaultiana*, aut *Caeſariana* operatione, vix potuerunt. In aliis et forte in pleriſque exemplis, pelvis in ſuperiore ſua margine contractior erat, dum infima ſuam formam, vel etiam aliquantulum ſolito ampliorem, ſervaret: 'In ſome caſes,' ut monet ſolers Denman, 'the diſtortion of one part of the '*pelvis* produces an enlargement of the reſt. 'Thus, when the ſuperior aperture is contracted, 'the inferior is expanded; and hence it is often 'obſerved in practice, when the head of the 'child hath paſſed the point of obſtruction with

'the

'the moſt tedious difficulty, that a labour will 'be unexpectedly and ſpeedily completed *.'

Eodem quoque ſpectat, quod celeb. Baudelocque nobis retulit: 'Toutes les fois que le 'détroit ſupérieur eſt reſſerré de devant, en arriere le *pubis* eſt plus applati, et la *chûte des reins* 'plus enfoncée, parce que la baſe du *ſacrum* eſt 'portée en dedans, et ſa pointe plus en dehors †.'

Si vero unquam hanc mutationem proxime recenſitam pelvis ſubeat, nil obſtat, quo minus morbi noſtri quaſi cauſa *praediſponens* habeatur; attamen hanc conditionem, tanquam prorſus neceſſariam, proponere nollem. Etenim quicunque pelvis cujuſvis mulieris, ſi ad amuſſim formatur, ſecum perpendet, et multo magis, ſi paulo capacior ſit, aut, ut illuſt. Gul. Hunter ‡ obſervavit, parum adipe inſtructus, quandam jam opportunitatem huic morbo ex ſe praeſtat.

Quae ſit vero uteri conditio, cum primum ſe retrorſum vertere incipit, accurate detegere, forſitan admodum difficile eſt; ſed ex experientia

* Introd. to Midwifery, antea citat. p. 54.

† L'Art des Accouchemens, Tom. i. p. 55.

‡ Lond. Obſ. antea citat. Vol. 5. p. 389.

et antea memoratis ſatis conſtat, eum, antequam retrovertatur, neceſſario dilatari; igitur de hac re fuſius differere ſupervacaneum foret; at non interea praetermittendum habeo, quod ſi uteri fundo, aut poſteriori ejus ſuperficiei corpus extendens et amplians adnaſcatur, idem multo facilius retrorſum vertetur.

Quomodo ſe nunc habeat vagina, id enim ab iis, qui hunc morbum deſcripſerunt, vix ſatis perſpectum fuiſſe opinor, perpendamus.

Si ad iſta, quae de uteri ligamentis prolata, animum advertamus, et ſi ea non futilia eſſe concedatur; proxime quaerendum venit, quibus mediis uterus in ſitu ſuo naturali et ſolito ſuſtentatur; quod ſane haud difficile detectu arbitror.

Etenim ſi animadvertimus ad vaginae formam, quae conum ſimulat, ad ipſius cum vicinis partibus conjunctionem, ad modum, quo cervix et os uteri in ea inſeruntur, patebit, vaginam ipſam ad uterum ſuſtentandum apprime accommodatam coaptatamque fuiſſe.

Porro, ſi quando vagina praeter ſolitum relaxetur, ſive haec relaxatio ab univerſa totius corporis debilitate criatur, aut moleſtis infauſtiſque partubus, aut temerariis intempeſtiviſque obſte-

obſtetricum officiis, aut albo fluore diutius perſtante, demum a quavis alia cauſa, ejus fibras admodum diſtendente, id oriatur, proculdubio eſt, hanc vaginae conditionem huic morbo maximam opportunitatem parare *.

Nunc de iſtis ligamentis, muſculis, mollibuſque partibus, quae juxta pelvis inferiora ſunt, me aliquantulum differere forſitan expectaretur : At ea, quamvis laxentur quoque, ad talem effectum non multum conferre, ſatis liquet : Ideoque nil haeſitans progrediar ad

Cauſas, quae fortuito obveniant.

Ad duo capita hae non ſine cauſa referri poſſunt ; etenim,

1*mo*, Illae ſunt vel quae fere illico effectus ſuos edunt ; vel,

2*do*, Quae ſerius et tardius ; nec morbum, niſi diu commorantes, inducunt.

Ex prioribus ſunt quaelibet exercitatio vehemens, ut ſaltatio, et ſegetis demetendae labor ; immanes quicunque niſus, ſicut, quando aliquid ponderis ingentis levatur aut portatur ; corpus quovis caſu valde quaſſatum, abdomen violen-

ter

* In pleriſque exemplis hujus morbi, quae a patre meo curata fuerant, aegrotae, jam antea, prolapſu uteri laboraverant.

ter percuſſum aut contuſum, vomitus, tuſſis, et omnia quae valde agitant, atque poſtremo animi affectus, ut gaudium magnum, ira, et terror.

Inter poſteriores vero recenſentur exercitatio magis modica, at uſque ad fatigationem prolata, vel ſuper equum ſalebroſis viis, vel in curru; ambulatio et nauſea, inteſtina male ſe habentia, praecipue ſi adſtricta ſit alvus, unde ad faeces expellendas vehementes nixus; inteſtina uterum, quando diutius ſtetit mulier, comprimentia; nec forſan alienum erit irritationem a calculo veſicali inſolitos urinam expellendi niſus inducentem, inter alias cauſas *occaſionales* annumerare; et denique, ut penitus retrorſum devehatur urinae ſuppreſſio, qua valde veſica diſtenditur, omnino neceſſaria eſt.

Quia cauſarum, quae ſupra memorantur, pleraeque, non ſolum omnigena corporis vaſa, ſed quoque nervos haud leviter afficiunt, et quia eaedem quoque plus minuſve muſculorum actionem augent, et praecipue eos, qui abdomen cingunt; ut effectus inde oriens, aut confeſtim aut denique et interjecto ſpatio, producitur; neceſſario ſequitur, cauſas illas ad noſtrum morbum producendum ſufficere: Res igitur huc ſpectantes minutatim percurrere ſupervacaneum

habeo;

habeo; nec equidem hujus tentaminis limitibus conveniret tam accurata investigatio.

Si abdominis musculos viscera ibi sita undique comprimere, talemque eorum esse usum concedatur; indeque concoctionem promoveri, dejici alvum, projici urinam, puerperium perfici; ut et, quando conamina ingentia postulantur, interioris ventris partes, erecto corpore, deorsum valde premi, in uterum propterea adigi, facile et modo rationi consentaneo explicari, quantum actio tam aucta, talisque pressura ad uterum retro-vertendum, vel saltem ad eo inclinandum primo, conferat.

Oportet nunc, et non inepte a me postuletur, ut istas causas tales effectus unquam praestare monstrem, et ista signa, quae, ut ego asseveravi, urinam cessaturam praegrediuntur, revera induxisse probem.

Doctrinam hanc exemplis, quae penes me colligere fuit, se prorsus accommodare, et cum iis, quae apud auctores scripta perlegi, cum iis vero praecipue, quae medicis observationibus et investigationibus Londinensibus * prostant, omnino congruere, hic imprimis adnotandum. At

* Vol. iv. et v. antea citat.; Acta Havn. Vol. ii. 1779, p. 254.

At alia ſunt exempla, ut fatear, quae notionibus meis non tantum favent, ea, videlicet, quae in tentamine a Cockel * nuper edito recenſentur; ex quibus necnon opinionem, ei, quae Denman placuit, quodammodo ſimilem ille collegit. At iſtos ambos auctores, in hiſtoria mali enarranda peccaſſe, et iſta, quae urinae ſuppreſſionem recta ſequuntur, nimia attentione contemplantes e via recta diſceſſiſſe, et in errores lapſos eſſe mihi videtur : Cui addere liceat, eos nimis diu immorari in argumento quod ex mulierum verecundia deſumerunt. Sed etſi illorum opinio veriſimilis videretur, non parum labefactatur, cum in animum revocamus hunc morbum iis mulieribus praeſertim infeſtum eſſe, quae e ruſtico genere vel plebe oriundae, mancipiiſque deditae, non ſolummodo delicias illas matronarum et urbanam verecundiam ignorant, ſed officiis ſervilibus, quae magnam virium exertionem poſtulant, deſunguntur. Attamen urinam ſuppreſſam, nulla adjecta alia cauſa, ad uterum retrovertendum aliquando ſatis facere, dummodo opportunitas jam praeexiſtat, non in animo eſt denegare. Porro, rem ita ſe habere conce-

* On the Retroverſion of the Uterus.

concedatur. Quid inde? An, ſicut Denman, eam ſolam, nec alteram eſſe cauſam inferre licet? Haudquaquam certe. Nil aliud enim hinc colligi poteſt, niſi quod inter multa, ad hunc morbum inducendum conferentia, haec conditio ut cauſa referenda eſt. Id igitur quod tanta fiducia hic clar. auctor protulit, quacunque ex parte rem contemplemur, nec ſatis ſuffulcitur, nec a nobis accipiendum.

Igitur nil aliud mihi revera accidere videtur praeter ſequentia: Uterus ſaepe ſaepius, ut non dicam, ſemper, ex quodam ingenti et inſolito niſu, ſive a mente, ſive corpore ſolo proveniat, in vaginam protruſus, deſcendit; non autem eo modo, quo extra graviditatem prolabi ſolet, ſed ipſius fundus, cui adjungitur, aut placenta, aut quodcunque aliud corpus amplificans, ipſo ſuo pondere, retro, oſſis ſacri cavum verſus, devehitur, dum pari ratione os tincae ad pubem evehitur. Uteri ſitu ſic mutato, veſicae cervix comprimitur, et, ut veriſimile videtur, quodammodo urethra torquetur aut curvatur, ita ipſius lumen coarctatur. Deinceps urinae emittendae difficultas ſtatim inſequitur, eaque gradatim adeo augetur, ut denique nil urinae foras ejicitur. Cum ſic ſe res habent, ingens mingendi

gendi pruritus invadit; veſica ſimul diſtenditur, et, dum ſurſum in abdomen aſcendit (ubi ſeſe expandere permittitur) ſecum cervicem uteri, iſtaſque vaginae partes, quibus connectitur, trahit et elevat; mox naſcentibus undequaque irritamentis, *diaphragma*, muſculique abdominis ſimul cum ipſa veſica, in tantas tamque enormes contractiones feruntur, ut fundus uteri magis ac magis depreſſus ac inſolita vi deturbatus, altius in pelvim deſcendere cogitur, donec labores adeo immaniter urgeant, ut partes molles, quae pelvis aperturis inferioribus adjacent, tantum, quantum ſolent in juſto partu, cedant; et uterus, mole ſemper augens, etiam, ſicut monuit cel. Hamilton, extra vulvam fundo ſuo protrudens appareat *.

Hujus morbi cauſis nunc, quantum ſat videatur, perpenſis, reſtat proximo loco percurrenda

DIAGNOSIS.

* Hamilton's Outlines of the Theory and Practice of Midwifery, p. 157.; Hunter on the Gravid Uterus, Pl. xxvi.

DIAGNOSIS.

His ſupra memoratis non amplius metuendum erit, ni fallor, ne cum quovis alio morbo uteri retro-verſio confundatur.

Ut autem res debita accuratione dignoſcatur, ad inquirendum manu ſemper uti oportet. Cum autem ad id nos accingere volumus, poſita in idoneo ſitu aegra, in vaginam *index digitus* emittitur, et verſus os ſacrum dirigitur, qui, ſi malum, quod ſuſpicamur, adſit, tumorem ibi inſolitum offendet, ſcilicet, fundum uteri, tranſeundo, digito obſtaculum praebentem. Poſtea, ſi idem digitus verſus ſymphiſin oſſis pubis ſurſum dirigatur, alterum obſtaculum ibi inveniet, videlicet, cervicem uteri et os tincae. Tandem ſi digitus in cavum *inteſtini recti* introducatur, in fundum uteri ibi tumentem et prementem rurſus offendet. His tribus conditionibus detectis, nullum dubium erit, quin adſit uteri retro-verſio.

PROGNOSIS.

De hujus morbi eventu proferantur multa, non necesse est. Si enim, eo jam non nisi incipiente, aliquis hujusmodi rerum peritus accersatur, nil periculi imminere, tuto asseverare poterit. Si vero tantum temporis elapsum est, ut urina diu suppressa jam inflammatio vesicam corripuerit, aegraeque vires adeo detritae fuerint, ut in febrim hecticam inciderit, quid auguremus, summa cura prospiciendum? Si praeterea utero, in abdominis cavum ascensuro, aliquid obstat; nec idem eo usque pertingere possit, sed ad tantam assurgat molem, ut in pelvis cavum prorsus impactus fiat; si toni sui tantum remiserit vesica, ut, *cathetere* inducto, urina aut non profluat, aut non sine maxima difficultate; sique, postremo, dolores pelvim exagitantes subito requiescunt, gangraenam vesicae instare, mortemque hand longe abesse non dubitandum.

MEDENDI

MEDENDI RATIO.

Injuriam ipſi utero illatam medicis praecipuum timorem injeciſſe, hincque periculum maxime formidandum eos putaſſe, ratio medendi, quam inſtituerunt, ſatis teſtatur : Adeoque apud illuſt. illum medicum Gul. Hunter haec invaluerat opinio, quod ille, uterum confeſtim in ſolitum ſuum locum redigi omnino neceſſarium eſſe, obnixe inculcabat. Nec minus interea multis perſuaſum erat, quod, ſi tentamina, propter hoc tam deſiderandum, irrita ceſſiſſent, uſque dum res ipſa perageretur, ea ſaepius iteranda eſſent *.

Nihilominus, et utcunque ſe iſta habeant, patri meo, cui praecipue debeo quodcunque de hac re ipſe novi, non diu haec opinio ſatisfecit. Cur autem ab illo celeb. viro diſſentit, ſequentia indicabunt.

1*mo*, Si uterus talem injuriam, qualem iſta opinio ponebat, paſſus erat, non potuit non opinari,

* Lond. Obſ. antea citat.

nari, quin aut abortus recta exinde sequeretur, aut ovum forte non amplius cresceret; nec inde metuendum ne in pelvis cavum uterus foret impactus.

2do, Injurias quascunque acceperat uterus, potius ad vim, quae incassum, ut in suum locum redigeretur, admota erat, quam ad situm suum pravum adscribendas esse, verisimile opinatus est.

3tio, Quia vesica, nunc valde, nec interjecta quiete, irritatur, eadem haud leve detrimentum accipiat, necesse est; huic visceri pessime exinde se habenti praecipuum adscribendum esse periculum, ei vix dubitandum videbatur.

4to, Illi quoque argumento fuit, quod vesica et intestinis jam depletis, uteri corpus et cervix adeo, aucto ovo, distenderentur, ut fundi pondus fere aequilibrarent; unde utero ascendendi, et forsitan proprium locum sua sponte recuperandi, copia praeberetur.

Postremo, Quia digitis binis in vaginam insertis, et utero paululum sublevato, aliquid urinae profluere comperit, adjuvante non *cathetere*, pessum caute et scite in vaginam inductum, insigne commodum allaturum, et non sine causa expectandum esse, in animum induxit.

Post-

Poſtquam haec ſecum reputaſſet, nec ea prorſus futilia fore, nec etiam defutura, quae opinionem ſuam confirmarent, ſibi perſuaſerat; ipſa uſu et experientia de novo accuratius diſquirere, ut primum occaſio ſeſe praeſtaret, ſecum ſtatuit.

Huic expectanti, anno 1773, uteri retrorſum verſi exemplum unum, et poſtea non pauca obvenere; in quibus *cathetere* urina educta, et alvo enemate, quantum ſat videbatur, ſubducta, in vaginam recta peſſum induxit, ejus, quantum fieri poterat, magnitudini accommodatum uterique ſitui; et inde, non ſolum quod urinae profluxurae obſtitit ſummovebatur, ſed non, ut ſemper recumberet aegra, neceſſarium erat; uteri quoque fundus (quod majoris quidem adhuc momenti erat) non amplius deorſum impellebatur; nec intra pelvis cavum impactus et impeditus coercebatur, ſed erigebat ſe, et paulatim ſitum ſuum ſolitum recuperabat.

Hinc patet luculenter iſta, quae pertimuit Gul. Hunter, non magni eſſe, ſed potius ad praejudicatum timorem referenda eſſe; quin imo nedum, ovo creſcente, uteri amplificatio, fundi ejus aſcenſui obſtaret, huic quam maxime juvabat.

Cum

Cum autem os tincae a ſolito ſuo ſitu tantum retrahitur, et tam arcte pubis oſſi apprimitur, idem paulum retrorſum, ſacrum verſus, impelli ſaepe neceſſarium reperietur, ita ut haec pars uteri foramini peſſi ex adverſo ſit, ſicque cuicunque humori ex ipſo utero profluenti per vaginae os externum exitus pateat. Porro, de modo utendi peſſo longius diſſerere ſupervacaneum puto, ſiquidem idem eſt hic hujus inſtrumenti uſus, qui in prolapſu uteri adhibetur. At quidem notare non indignum eſt, quod ſi peſſus minor ſit, vix ſat uterum ſuſtentabit, ſi major, forte, inflammationem (non enim deeſt periculum) ciebit, et urethram comprimet. Incommoda ex hac prava formatione oriunda, multis medicinam exercentibus, praecipue vero cel. Leake *, cauſae fuerunt, ut crederent peſſos a medico uſu prorſus rejiciendos eſſe. At certe talem opinionem amplecti multa et gravia nos vetant; ſupra enim a nobis monſtratum eſt, iſtiuſmodi inſtrumenta haud parum profeciſſe ad uterum retroverſum in locum ſuum reſtituendum. Porro, ſi auxilium quodvis, quia non rite nec ſolerter ſemel aut bis uſurpatum erat, repu-

* On the Cure of Chronic Diſeaſes peculiar to Women, p. 133.

repudiandum esset, ea, quae in *Materia Medica* maxime solent proficere, hodie ignota aut neglecta jacerent. Igitur cum venerando Morgagni * liceat mihi concludere, quod, si supra relata assertio vera fuisset, pessus non solum a medicis et chirurgis, verum etiam ipsis foeminis, fuerit olim abjectus.

De pessis, qui apud plerosque in usu fuere, varii varias opiniones amplexi sunt. Iste autem, quem pater meus suis votis ex usu optime respondere invenit, ex subere formatur, cera sigillari obducitur, figuraque *ellipsin* simulat; atque forsan plus adhuc auxilii adferret tale instrumentum, si excaveretur ista pars, quae superiorem juxta ejus finem, urethrae recta adjacet; nempe, ut caveamus, ne forte eadem hinc nimis comprimatur; at, quia incommodi nil hujusmodi unquam hactenus contigit, cautio talis vix alicujus momenti habita est.

Quando uteri corpus jam ultra pelvis aperturam superiorem ascenderit, satque ossibus spinae suffulcitur, pessus non amplius necessarius, ideoque, ut retrahatur, licet. Pessi hic memorati, quemque nos hic commendavimus, structurae, et

* De Sed. et Causis Morbor. Epist. 45. Art. 15.

et ejus usui, quaedam forsitan objiciantur; eum, scilicet, admotum, solere scabrum evadere, in ejus superficiem necnon sordes colligi; hincque aegrae non solum molestiae multum, sed etiam detrimenti adfuturum. At revera, temporis spatium, per quod ut ille in vagina maneat oportet, tam breve est, quod objectiones istae parum ejus usum redarguunt.

Si quidem dolor, quando medicus aut chirurgus accersitur, valde cruciet, aliquod ex opio paratum non inutile erit; nec ut fomenta confestim parti affectae applicentur; nec forte semicupium. At non hic praetermittendum, quod semper, curationem inter persequendam, iis, quae leniter dejiciunt, clysmatis praecipue, ne astringatur alvus, utendum.

Mihi gratum admodum est, quod cum iis, quae supra, de hoc morbo sublevando, protuli, Denman observationes fere conveniunt.

'If,' inquit solers ille scriptor, 'we are persuaded that the *uterus* will sustain no injury by 'its retroversion, and that there is no danger of 'its being locked in the *pelvis*, but that it will 'be gradually restored to its natural position 'without assistance, we have then only to guard 'against those inconveniencies which may be

'occa-

'occaſioned by the preſſure made upon the 'bladder and *rectum.* By the former of theſe, 'we ſhall be reduced to the neceſſity of uſing 'the catheter daily or frequently, which is ge'nerally done without difficulty, except the firſt 'time it is introduced. This operation, it muſt 'be acknowledged, is, in all caſes, very diſa'greeable and troubleſome to the patient, and, 'in ſome ſituations, the neceſſity we are under 'of performing it, is in itſelf a ſufficient reaſon 'for our attempting to replace the *uterus* ſpee'dily *.'

Peſſi auxilio igitur, non ſolum praevertuntur innumera iſta incommoda, quae ex neceſſitate ſubit infelix aegra, *cathetere* iterum iterumque (ſic enim res poſtulant) uſurpato, at praeterea medico nequaquam toties eſt opus. Si autem aliquando, (quod, me judice, vix unquam continget), peſſum uſurpari, aegrae ſit ingratum, medendi rationem, quam propoſuit Denman, caeteris hactenus excogitatis omnibus praeponendam eſſe nil dubito.

Forſitan vero harum rationum neutrum aliquid proficiat, nempe, ſi quando urethra, ejus

E con-

* Introduct. to Midwifery, antea citat. p. 113.

conditione non idonea perſpecta cura, adeo conſtringatur, quod *catheteri*, quo minus intret, prorſus obſtetur; aut etiam, eo inſerto, propter iſtud viſcus jam maxime infirmatum, aut non niſi ingenti difficultate urina profluat, aut penitus ſiſtatur. At in ambobus his exemplis uteri fundus tantum veſicae ſuperincumbentis pondere deprimitur, quod in pelvis cavo haud facile dimovendus fiat impactus. In hujuſmodi malis, quando admodum inſtant, inſigneque periculum adferunt, ut quam citiſſime in locum ſuum redigatur uterus, res omnino poſtulant *. Atque ob hoc perficiendum inter propoſita fuere, ut aut ſupra pubem veſica aperiretur †, aut (inde nil boni proveniente) in ipſum uterum inſtrumentum, quod apud chirurgos *Trocar* audit, propter

* De methodis uteri in ſuo loco reſtituendi, Vide Lond. Med. Obſ. and Inq. Vol. iv. p. 403. and Cockel's Eſſay on the retroverſion of the uterus, p. 9.

† Sin autem ad veſicae puncturam neceſſario recurrendum eſſet, magis forſan arrideret alia operandi methodus, quae in ſimilibus urinae ſuppreſſionis exemplis a Profeſſore noſtro celeberrimo Monro in ſuis praelectionibus publice prolata eſt, et ab eodem mihi privatim ſuggeſta, ut huic morbo felicius applicanda, ſcilicet, *inſtrumento, apud chirurgos Trocar dicto, per vaginam immiſſo, veſicam aperiri.*

propter abortum inducendum impelleretur, aut denique, ut, pubis symphisi resciffa, ejus cavum ampliaretur.

Nuper ut oleum nonnulla vi, *cathetere* in urethram inducto, injiceretur, nobis inculcavit Trye, nempe, ut eadem dilatetur; quandocunque ad vesicam usque penetraverit *catheter*, nec exinde profluxerit urina, machinam quandam, eam quasi exantlandi gratia, idem solers auctor proposuit *.

Quantum vero hujusmodi proposita, si usurpentur, conveniant, istis, qui, ipsam artem exercentes, maxime possunt, dijudicandum relinquo.

Ex eo enim tempore, quo pessus usurpatus fuit, hujusmodi nil auxilii unquam fuit necessarium.

PROPHYLAXIS.

Ex supra prolatis vix dubitandum, quin, si antea utero retrorsum verso quaevis laborarit mulier,

* See Trye's Remarks on the morbid Retentions of Urine, p. 60. 71.

lier, ne iterum in eundem morbum incidat, femper timendum erit. Cui quidem incommodo, ut rite occurramus, ad totius corporis, vaginae vero praecipue, conditionem, haud levi attentione animum advertamus oportebit; fi enim laxata fuerit facta vagina, quia ejus aliquam partem laefit aut vis externa, aut aliquid aliud, nofmet recipere debemus ad ea, quae aftringentia nominantur injecta; ut ligni *Campechenfis* vel quercus corticis infufio, aqua aluminis, leves folutiones falis plumbi vel vitrioli albi, &c. Si vero ubique corporis fint debilitata, laborentque tali affectione, omnia organa, Peruvianum corticem, et quae ex chalybe parantur adminiftrari (modo fit idonea quantitas) erit neceffarium; ut et non negligatur qualis fit victus, et exercitatio; nec balnei frigidi ufus praetermittatur.

His rationibus parum medici votis refpondentibus, procul dubio, fi quando poftea gravida mulier fiat, maximi erit, caufas fortuito obvenire folitas, vixque revera effugiendas, folicita cura evitare, et in vaginam peffus inducatur, tali materia confectus, talique forma, qualis ipfe hanc artem exercens maxime idoneam habeat.

Inter illos autem, qui hac praeſertim occaſione huic Almae Academiae ſuum laudis vectigal tribuunt, nec vota mea, quae grato proferuntur animo, dedignentur; floreat ſemper, ſicut nunc floret, haec artis medicae regina ſub auſpiciis tam illuſtrium Profeſſorum: Sint ipſi incolumes! Sint beati!

Gratias etiam quam maxime ſinceras accipiant viri illi eximii Dominus Beddoes Oxoniae artis chemicae praelector, Doctor Goodwyn, necnon Dominus Girard, propter magna, quae ex conſuetudine colloquiiſque percepimus, commoda, quorum memoria in omne conſervetur aevum.

F I N I S.